

cuique numerus aureus i. competit, in epactarum linea, epacta o, id est xxx, adscripta cernitur: ad annum verò primum ære Dionysiana aureo numero II. præditum epacta xi. In canonibus item lunarium Circulorum Tabulis subiectis, Canon sextus epactas ita querendas præscribit. *Si nosse vis quota est epacta, sume annos decemnovennales quot fuerint, & de ipsis subtrahat semper unum, & illos alios multiplica per xi, & postea partive per xxx, & quos remanent, tota est epacta. for. tanta est epacta.* Eadem methodus ibi canone x, & xiv. traditur; & in libro de Argumentis Lunæ, nec non lib. de rat. Tem. cap. xlviii. Secundum hanc regulam anno Christi cccxxiv, anno ante Nicænum Concilium, aureus numerus fuit II. Ex regula Bedæ detracta unitate remanet unitas. Ea per xi multiplicata dat xi. Itaque annus cycli secundus epactas habuit xi, non xviii. Proinde veterum epactas, cuiusmodi essent, mirè Scaliger ignoravit. Et quoniam præter decemnovennalem cyclum alius apud Latinos fuit, quem lunarem propriè nominabant, qui tribus unitatibus minor erat decemnovennali, ex quo etiam per denarii adjectionem epactæ fieri poterant Noviluniorum indices, ostendamus ne epactas quidem huius generis ad complementa sua appositas fuisse, exceptis tribus xviii, xviiii, xix. Aureo II. currente, qui ad xxi. Martii diem adscriptus est, erat cyclus Lunæ xviiii, qui addito o dat epactas lunares xviiii, quæ ad complementum suum apponitæ sunt. At aureo numero labente iv, cyclus lunaris est I: uterque ad xx. Martii applicatus est. Additis x. ad unitatem fiant epactæ lunares II. aurei numeri iv, quæ cum xx. diebus Martii, dant xxxi. Non igitur ad complementum suum adscriptæ sunt. quod ipsum & in ceteris annis cycli, tribus illis exceptis, potes intueri. Cur autem in iis ipsis tribus secus accideret, alibi per vestigabimus. Sanè epactæ Liliæ eodem ferè modo ac lunares illæ antiquæ cum diebus suis compositæ triginta uno amplius reddunt; quod ad popularem epactarum methodum, quæ xxx. perpetua regula detrahit, ut Neomenias habeat, longè est aptissimum. Qua de re jam libro secundo nonnulla diximus, & uberius lib. vi. peculiari dissertatione postmodum agemus. Porro lunares istas epactas ad Paschalem methodum neque Beda, neque Computistæ veteres adhibuerunt: sed superiores illas, quæ aureo numero unitate mutilato, & per undecim multiplicato, detractis triginta confurgunt. Unde neutra ratione Scaligeriana regula procedit.

Tertium argumentum Scaligeri latius patet. Itaque peculiare caput ei dicatum est, in quo de Paschali terminorum castigatione dicitur.

CAPUT XI

De Terminorum Paschalium Gregoriana castigatione, & quòd Neomenia rectè infra Novilunium uno die submota fuit.

Scaliger Mag. Can. pag. 181.

DUO sunt, quæ adversus Gregorianam Paschaliæ Terminorum emendationem in Ifagogicis Canonibus lib. III. pag. 181. Scaliger objicit: alterum quod universè Paschales termini perperam constituti sint: alterum, quòd remotissimus præcipuè terminus haud rectè definitus fuerit. In Paschalibus terminis generale hoc vitium animadvertit, quòd cum quadriduo ab Nicæno sæculo Neomeniæ, terminique Paschales anticipaverint, idèoque iv. dies auferendi fuerint, ut in pristinas sedes utrique restituerentur, tres dumtaxat expuncti sunt: ex quo factum asserit, ut Neomenia Liliæ à secundo die Lunæ incipiant, & proinde termini Paschales semper in xv. Lunam incidant; Pascha verò Luna xxii. celebretur contra vetus Ecclesiæ præscriptum. Exemplum: Anno mdcv, aureo numero x, Neomenia Paschalis Nicæna Martii xiv. Terminus, xxviii. congruebat. Detractis ob ægyptiacam lunarem diebus quatuor, Nicænus terminus Paschalis ad xxii. Martii retrocesserat, cum Neomenia transisset ad decimum, ut ex Laterculis cap. I. Partis huius descriptis cognoscitur. Porro anno illo mdcv. die Martii xxviii. Sabbatum fuit; ergo sequenti Pascha celebrandum fuit, si Julianam formam observare velles: in castigata verò, subtrahitis x. diebus, Neomenia Paschalis in xx. Martii, terminus in II. Aprilis prolapsus fuerat, epacta x. Atqui in Gregoriano Calendario, quoniam epacta xxx. ad Kalendas apposita est, epacta x. Martii

xxx. tribuitur. Unde novilunium Paschale in eum diem incidit, terminus in Aprilis III: quod perinde ac si lunaris tantum ægyptiacus emendata foret, solari minimè castigata; tùmque Neomeniæ Paschales, ac termini iis diebus defigerentur, ad quos anticipatione pervenerant: cum igitur Neomenia Paschalis cycli x. à decimoquinto die Martii ad x. gradum fecerit; tamen ex Gregoriana correctione, absque dierum decem expunctione foret, hæssisset in xi. Martii; adeoque tridui tantum ægyptiacus à xiv. ad xi. commissa putaretur. Etenim dies xxx. Martii, ad quem detractis x. diebus Neomenia in anno Liliano relabatur, responderet xi. diei, in quo nulla diei facta subductione, aureus numerus, & epacta cycli decimi consistunt. quod & in Calendarii typo cernere licet, quo Ecclesia post emendationem uti deberet ad annum usque mdcv, si aurei numeri pro epactis in eo describerentur. in eo quippe aureus numerus x. ad xi. Martii collocatur. Habes Calendarium istud apud Clavium cap. ix. Calendarii: ex quo duorum dumtaxat mensium descriptionem, Martii videlicet, & Aprilis subijciemus, cum aureis numeris, & epactis respondentibus secundum Lilianam formam: cui totidem mensium delineationem opponemus ex Scaligeriano typo, cum numeris aureis, & epactis in iisdem sedibus constitutis, quas ille sanxit. Sic enim velut in rem presentem deductus Lector facilius & quæ hæctenus dicta sunt, & quæ deinceps explicanda erunt, accipiet. Præmittemus verò utrique Laterculo menses duos Nicænos cum aureis numeris, qui ante correctionem usui fuerunt, quo ægyptiacus lunaris, & Neomeniarum, terminorumque præcipuè percipi possit.

Laterculum duorum mensium Nicænorum ante correctionem.

Martius.		Aprilis.	
III	1 D	I	G
	2 E	XI	2 A
XI	3 F		3 B
	4 G	XIX	4 C
XIX	5 A	VIII	5 D
VIII	6 B	XVI	6 E
	7 C	V	7 F
XVI	8 D		8 G
V	9 E	XIII	9 A
	10 F	II	10 B
XIII	11 G		11 C
II	12 A	X	12 D
	13 B		13 E
X	14 C	XVIII	14 F
	15 D	VII	15 G
XVIII	16 E		16 A
VII	17 F	XV	17 B
	18 G	IV	18 C
XV	19 A		19 D
IV	20 B	XII	20 E
	21 C	I	21 F
XII	22 D		22 G
I	23 E	IX	23 A
	24 F		24 B
IX	25 G	XVII	25 C
	26 A	VI	26 D
XVII	27 B		27 E
VI	28 C	XIV	28 F
	29 D	III	29 G
XIV	30 E		30 A
III	31 F		

Diagram

Diagramma duorum mensium ex Liliæ castigatione cum aureis numeris emendatis, & epactis.

Diagramma duorum mensium cum aureis numeris & epactis, ex Scaligeriana castigatione.

Martius.				Aprilis.				Martius.				Aprilis.			
Aurei numeri.	Litteræ.	Dies.	Epactæ Liliæ.	Aurei numeri.	Litteræ.	Dies.	Epactæ Liliæ.	Aurei numeri.	Litteræ.	Dies mensis.	Epactæ Scaligeriana.	Aurei numeri.	Litteræ.	Dies mensis.	Epactæ Scaligeriana.
	D	1		IX	G	1	XXIX	IX	D	1	XXIX		G	1	
IX	E	2	XXIX		A	2			E	2		XVII	A	2	XXVII
	F	3		XVII	B	3	XXVII	XVII	F	3	XXVII	VI	B	3	XXVI
XVII	G	4	XXVII		C	4	XXVI	VI	G	4	XXVI		C	4	
VI	A	5	XXVI	XIV	D	5	XXV, XXIV	XIV	A	5		XIV	D	5	XXIV
	B	6		III	E	6	XXIII	XIV	B	6	XXIV	III	E	6	III
XVI	C	7	XXIV		F	7		III	C	7	XXI		F	7	
III	D	8	XXIII	XI	G	8	XXI		D	8		XI	G	8	XXI
	E	9			A	9		XI	E	9	XXI		A	9	
XI	F	10	XXI	XIX	B	10	XIX		F	10		XIX	B	10	XIX
	G	11		VIII	C	11	XVIII	XIX	G	11	XIX	VIII	C	11	XVIII
XIX	A	12	XIX		D	12		VIII	A	12	XVIII		D	12	
VIII	B	13	XVIII	XVI	E	13	XVI		B	13		XVI	E	13	XVI
	C	14		V	F	14	XV	XVI	C	14	XVI	V	F	14	XV
XVI	D	15	XVI		G	15		V	D	15	XV		G	15	
V	E	16	XV	XIII	A	16	XIII		E	16		XIII	A	16	XIII
	F	17		II	B	17	XII	XIII	F	17	XIII	II	B	17	XII
XIII	G	18	XIII		C	18		II	G	18	XII		C	18	
II	A	19	XII	X	D	19	X		A	19		X	D	19	X
	B	20			E	20		X	B	20	X		E	20	
X	C	21	X	XVIII	F	21	VIII		C	21		XVIII	F	21	VIII
	D	22		VII	G	22	VII	XVIII	D	22	VIII	VII	G	22	VII
XVIII	E	23	VIII		A	23		VII	E	23	VII		A	23	
VII	F	24	VII	XV	B	24	V		F	24		XV	B	24	V
	G	25		IV	C	25	IV	XV	G	25	V	IV	C	25	IV
XV	A	26	V		D	26		IV	A	26	IV		D	26	
IV	B	27	IV	XI	E	27	II		B	27		XII	E	27	II
	C	28		I	F	28	I	XII	C	28	II	I	F	28	I
XII	D	29	II		G	29		I	D	29	I	XIX	G	29	XXIX
I	E	30	I	XI	A	30	XXIX		E	30			A	30	
	F	31						IX	F	31	XXIX				

Quenam aureorum Numerorum, adeoque Neomeniarum terminorumque mutatio ex emendatione numerorum contigerit, qua decem dies expuncti, & lunaris anticipatio castigata fuit, in hoc laterculo licet experiri. Olim cyclo x, Neomenia Paschalis affixa erat Martii xiv; terminus Martii xxviii. A sæculo Nicæno ad Gregorium xiiii. quadriduo ægyptiacus intervenit. Proinde ad x. diem Martii novilunium cycli x. pervenerat. Ablatis deinde diebus x, in xx. diem Martii pessum sit. quod in Scaligeriano Diagrammate vides observatum. Nam ad xx. Martii cum aureo Numero x. apposita est epacta x. At in Liliæ sic quasi aureus idem Numerus cum Neomenia tridui solum anticipasset, & ad xi. Martii retrocessisset, indeque detractioe dierum x, in xxi. Martii prolapsus foret; ita ad xxi. Martii aureus Numerus x. cum epacta x. adscriptus. Hic est controversiæ status: hoc Liliæ, Gregorianæque methodi grave peccatum, quod identidem approbat Scaliger: huius à nobis, qui Gregoriano Ka-

lendario patrocinamur, paranda defensio est. Hoc igitur respondemus, quod & pridem Clavius, & alii luculentissimè docuerunt; non solum de industria id à Lilio esse commissum, sed & merito factum, ut epacta xxx. ad Kal. Martias adscripta; xxx. autem ad secundum diem subducta; Neomeniæ terminique Paschales uno die tardiùs statuti, quam Nicæna descriptio à Gregorio castigata postulabat, Novilunium morarentur. Quippe ex hac ipsa ordinatione vitatur incommo- dum illud, in quod Scaligeriana Calendarii commodum illud, in quod Scaligeriana Calendarii dispositio præceps incurrit; uti Paschales termini biduo plerumque plenilunium prævertant. Quod ut animadvertere possis; sciendum est, Neomenias Paschales Nicæno sæculo Novilunii mediis adamussimè respondisse; ut ex Diagrammate Noviluniorum, Pleniluniorumque Paschalium Nicænorum evidens est, quod in laterculo supra proposuimus. Nam in illo constat cyclo x, Novilunium medium incidisse in Martii xiii, horis II, 52. à meridie. Itaque die sequenti, xiv, Martii

Martii Neomenia Paschalis fuit; quod & in aliis annis plerisque cernitur. quo fit, ut termini Paschales biduo nonnumquam Plenilunium media præcedant. Nam eodem cyclo x, plenilunium medium in illa Tabula exhibetur Martii xxviii, horis vi. post meridiem: itaque pertinet ad diem xix: at terminus Paschalis est in xxvii, biduo ante Plenilunium medium. Sic aureo numero i. corrente Novilunium medium Martii xxiii, horis 4, 22. à meridie. Neomenia Paschalis ipso die xxiii: plenilunium medium Aprilis vi, 22, 44, hoc est Aprilis vii, hora xi. ferè post mediam noctem. Terminus autem Paschalis v. Apr. biduo ante plenilunium. Quod si in ipsa Kalendarii recensione, cum jam quadruduo haud multò amplius Luna pristinas sedes anteverisset, quatuor solidis diebus Neomeniæ, terminique Paschales promoti essent, citrà æquinoctii calligationem, die-rumque decem expunctionem; aut sublatis etiam diebus decem: Paschalium Terminorum occupatio ante Plenilunium media biduo plerumque solido contigisset; ut ex secunda Tabula capitis illius satis colligitur. Nam & cyclo x. Neomenia Paschalis in Martii x. incidisset, ubi & Novilunium medium reperitur, hora secunda post mediam noctem: Terminus verò Paschalis Martii xxiii: cum plenilunium contingat hora vii. post meridiem diei xxiv, idè ad xxv. pertineat. At cyclo i, Novil. med. Martii xviii, hora xvi. post meridiem, id est hora iv. post mediam noctem diei xix; quo & Neomenia figenda erat. Terminus quoque Paschalis Apr. i. cum plenilunium medium cadat in Apr. III. Contigit enim hora x. post meridiem diei II. Apr. Plura exempla utraque tabula suppedabit. Quod si decem diebus detractis, Neomeniæ, Terminique Paschales in consequentia subducantur; eadem incommoda sequentur. Etenim cyclo i, anno Christi MDLXXVI, Novilunium medium Paschale, quod ex Judaicis computis Scaliger excerpt, incidit Martii xx, feria 3, cujus character est 3, 13, 256, lit. Dom. F. Detractis diebus x, cadet in xxix. Martii, hora vii, 256. post mediam noctem. Si igitur ad Kal. Martias epacta xxx. adscripta sit, in Martii xxix. conveniet epacta I, quæ sublatis decem diebus competit cyclo i. Itaque anno MDLXXVI. Neomenia Paschalis, quæ ab Nicæno sæculo quadruduo toto retrogressa, à xxiii. Martii ad xx. transferat, ablati x. diebus in xxix. pessum ibit; cui Scaliger epactam I. assignat. Terminus Paschalis, id est xv. Luna incurrit in xi. Apr. Atqui plenilunium medium cadit in xii. Aprilis. Dimidiatus quippe mensis, hoc est dies xiv, horæ 18, 366, additus ad diem xxix. Martii, horas vii, 256, dabit Aprilis diem xii, cum horis 1, 652, post mediam noctem. Quare biduo Terminus Paschalis Scaligerianus Plenilunium anticipabit. Idem & in aliis annis sæpius accidit; ut Clavius in Apologia adversus Elenchum Scaligerianum edita plenius demonstrat, nosque postea declarabimus. Ex eo verò illud in Paschali negotio sanè devitandum sequitur, uti Pascha uno die ante plenilunium, adeoque Luna xiv, non raro celebretur. Cum enim die xv. ab Neomenia Paschali, si feræ concurrant, indici possit; quando die illo inter Terminum & plenilunium medium interjecto Dominica continget, Pascha ritè ante plenilunium celebrabitur; quod ne sæpius saltem eveniat, cavendum esse paschalis regula præscribit. Quamobrem ut paschalis solennitas deinceps ritè perageretur; hoc est, ut, quoad fieri potest, non ante plenilunium incidere, uno die Neomeniæ post Novilunium media summovenda fuerunt. Est enim in toto hoc celebrata illius negotio quartharum-decimarum, sive terminorum paschalium habenda potius, quam Neomeniarum ratio; quoniam ante plenilunium, & Luna decima quarta celebrari Pascha non debet. Proinde rectè Clavius admonuit tarditate ibi moraque peccare, si id peccatum est, fatius esse, quam celeritate. quod ejus dictum frustra ludibrio vexat Scaliger. Est enim revera consultus uno die tardius epactas ac Neomenias collocare, quam Novilunium epilogismum exigat; quam Paschalis solenne uno die ante plenilunium indicere. Quod postertus vitium cautè ac prudenter Liliiana methodus effugit. Vide Diagramma Noviluniorum, ac pleniluniorum Paschalium cap. III. descriptum. Intelligentes Terminum Paschalem uno die plenilunium medium antecedere, ita ut Paschalis Dominica ante plenilunium ipsum nequaquam incurrat.

Atenim quarit Scaliger; putènt Clavius Nicæno sæculo Novilunium, & terminos Paschales bene institutos fuisse? Hoc est, veteres terminos Paschales, qui hodie quatuor diebus motum Luna morantur, sæculo Nicæno motui Luna congruisse. Quis malè tum institutos illos terminos esse defendat? Neque hoc Clavius; neque Catholicarum quisquam partium dixit. Est enim id in Ecclesiæ potestate situm, ut festorum ac celebratum temporibus & opportunitatibus pro suo jure moderetur. Luna, inquam, Solisque curibus ac momentis non sic alligata est Ecclesiæ, ut iidem obnoxia sit, nec eorum auctores ac scrupulosos calculos possit negligere. Itaque quamlibet vitiosum cyclum, & ab utriusque fideris motibus abhorrentem usurpare nihil prohibet; cujusmodi ante correctionem multis est usæ sæculis. neque idcirco non legitimos Paschales terminos, ac legitima Pascha servavit, tametsi cælestibus illis ratiociniis minus responderent. Neque enim divino ullo jure tam exacta horum omnium observatione constringitur. Quocirca quemadmodum Nicænos terminos non reprehendimus; ita Lilianos, sive Gregorianos aliquantò ad Ecclesiæ vetus institutum, & Paschatis celebritatem aptiores esse dicimus: quibus hoc, quòd Nicænis plerumque defuit, assequimur, numquam ut Paschalis Dominica plenilunium media præcurrat. Sanè ad idem Paschale negotium longè præstantiorem Gregorianam illam esse methodum, ac Solis, Lunæque cyclos emendatos, quam Nicænos decemnovennales, ac duodetricennales, nemo nisi imperitus, aut à Catholica religione alienus, ac Romano nomini insensus ambigit. Quippe istos ipsos, quos solos Nicæna Synodus amplexa est, longinque temporis usus, experientiaque redarguit. Illos autem ad quasquam siderum vicissitudines sine ulla labe tolerandas idoneos esse firmissimis rationibus Clavius noster ostendit. Atqui nemo sic insaniat, ut propterea sanctissimis illis Patribus insultet, coramque terminos ac celebratas legitimos fuisse non censeat. Est enim pudoris, ingenuitatisque nostræ, ita majorem inventis adstruere meliora, si possumus, ut ne istorum comparatione minus illa bona quidem, sed non mala per se, neque inutilia damnemus.

Ex omnibus istæ palam est calumniari Scaligerum, dum lib. III. pag. 191. in fine scribit. *In editione novi anni Terminum Paschalem esse semper Lunam xv.* Hoc enim si de mediis Lunæ motibus, quos solos utcumque curat Ecclesiæ, sermo sit, tam est falsum, quam verum est Terminos Scaligerianos biduo media plenilunium præcurrere. Et quoniam ut Lilianos terminos in xv. lunam incidere probet, exemplo utitur anni mdcv, quo Pascha Luna xxi. celebratum esse dicit: ostendemus hæc in re plurimum illum esse deceptum. Cyclus erat Lunæ x, quo corrente, Neomenia Paschalis Nicæno sæculo contigit Martii xiv, Terminus Paschalis Martii xxvii. Propter lunarem expunctionem, Neomenia quatuor totos dies anticipans ad x. Martii pervenit; Terminus ad xxiii; ut ex duplici Diagrammate supra descripti manifestum est, annis Christi cccxxxii, & mdcxxxvi. inter se comparatis. Si decem dies sublatis non essent, anno mdcv. Novilunium Paschale incidisset in diem ix. Martii, horis vi. post meridiem: idè ad x. Martii pertineret. quo die Scaliger Neomeniam collocat. Terminus ergò Paschalis cadit in xxiii. Martii. Plenilunium medium convenit xxiv. Martii, hora circiter media post meridiem. Quare ad insequentem diem referri debet: atque ita Terminus Scaligeri, qui in xxvii. competit, biduo plenilunium anteverit. Hoc vitium peperit epacta xxix. ad Kal. Martias affixa. Proinde hujus loco epacta xxx. substituitur; ut epacta xx, quæ citrà diem x. expunctionem cyclo x. convenit, Martii xi. diem occupet. Hoc modo Terminus incurrit in xxiv. Martii, uno die ante plenilunium medium. Detractis porro diebus, Novilunium medium in Martii xix. descendet, horamque à meridie sextam: Plenilunium in mediam horam à meridie diei III. Aprilis. At Neomenia Paschalis Scaligeriana xx. Martii: Terminus II. Aprilis conveniet biduo ante plenilunium: quod cum post meridiem diei III. Apr. committatur, ad iv. Apr. referri debet. Quare Liliiana methodus Paschalibus rationibus accommodata est, quæ Neomeniam xxi. Martii uno post Novilunium die collocat, ut terminus in Aprilis III. cadens uno dumtaxat die plenilunium antevertat. Ceterum terminus tam

in xxiv. Martii, quam in III. Apr. incurrens in Dominicam cadet; idè ad Pascha in xxxi. Martii, aut expunctis x. diebus, in x. Apr. transferetur; quæ utique Luna dumtaxat est xxi, non, ut negatur Scaliger, xxii; qui quod ipse committit, falsò aliis crimen impingit. Ex hujus enim decretis ostenditur postea, Luna xxi. Pascha rectè celebrari. Postremò ex omnibus, quæ à nobis disputata sunt, palam est, ineptè Scaligerum Liliam mentem accepisse in Elencho Kalend. Gregor. eum ait; Liliam vidisse quartadecimam Paschalem Dionysianam in anno Juliano triduo antevertisse toto cyclo, præterquam in annis 8, & 19, quibus quadruduo anticipavit: & eam fuisse rationem, quæ xxix. epacta Kal. Apr. adscriberetur, & xxviii. secundo die. Hoc verò ridiculum est. Nam Lilius haud ignoravit omnibus in cyclis quadrudui solidi antecessorem esse factam: sed ideo sic ordinavit epactas, quasi tridui solius fuisset, ut quartadecima Paschales ritè plenilunium præcederent; ut hæcenus docuimus.

CAPUT XII.

De remotissimo termino Paschali Scaligeri falsa opinio refutatur, & Gregoriana ordinatio defenditur.

REMOTISSIMUM terminum appellamus decimam quartam Paschalem, quæ ab æquinoctiali die longissime recedit; quemadmodum citius est ille, qui in æquinoctii diem ipsum incidit. Scaliger verò lib. II. Itag. Can. cap. III. in Definitione xvi, & xvii, per epactas definit: quod in Gregoriano Kalendario eodem recidit. Citius ergo terminum paschalem esse dicit, epactam æquinoctialem: Remotissimum autem, epactam, quæ æquinoctiali unitate major est. Utraque definitio in Liliano, sive Gregoriano typo, qui omnibus mensium diebus epactas proprias adscribit, non improbanda est: in Nicæno verò, & ubi numeri aurei pro epactis usurpantur, locum vix habet. Etenim in Nicæno Kalendario citius terminus uti aureis numeris, ita epactis caruit. Nulla quippe Neomenia in xxi. Martii contigit, qui citius terminus fuit. At in Gregoriano, epacta x. æquinoctialis est, eandemque citius terminus in xxi. Martii, cui Scaliger in Kalendario posteriore, quod in Itag. Can. exhibuit, epactam affigit ix: quoniam ad Kalend. epactam xxix; non, ut Lilius xxx. posuit. In priore verò, quod in elencho descripsit, epacta Kalendarum est xxx: æquinoctialis idem ut in Liliano, x. Epacta verò remotissimi termini Liliani in Aprilis xviii, est xi, æquinoctialem unitate superans: quod & Scaliger in priore Kalendario tenuit in posteriore autem cum æquinoctialem epactam jussisset esse ix, remotissimum terminum ultra Nicænos limites in Aprilis xix. protulit. Ea res à nobis hoc capite disceptanda, ejusdem hæc verba ac temeritas convincenda, qui contra veterum decreta novum illud atque inauditum invexit.

Ergo Itag. Canonum lib. III. pag. 182. Clavius & Clavianos vehementer accusat, quòd remotissimum terminum in xviii. Aprilis sistendum esse judicarent; uti in Nicæno Kalendario usuerunt; quando & remotissimum Pascha non ultra xvi. Aprilis extendebatur. At ille & remotissimum terminum in xix. Aprilis, & Pascha remotissimum in xxvi. constituit. Hoc autem ejusmodi serè argumentatione pugnat. Non eandem esse novi & Gregoriani Kalendarii rationem, ac veteris & Nicæni fuerit. Etenim cur Nicæno sæculo remotissimus terminus esset in xviii. Apr. causa illa fuit, quòd epacta xxiii. in usu non esset, cujus terminus cadit in epactam x. Nam xxiii. Scaliger in suo Kalendario ad Martii vii, & Aprilis vi. appofuit, quibus Nicæno sæculo Neomeniæ nulla paschales incidebant. Quo fit, ut epacta x. in Martio paschalis terminus esse nequeat, quoniam xx. Martii ante æquinoctialem epocham adscribitur. sed neque in Aprilis paschalis esse potest terminus, quandoquidem epacta Neomeniæ illi respondens, nempe xxiii. in usu non erat. Quocirca epacta x. ab omni paschalium terminorum consortio abjudicata fuit. Idè cum æquinoctialis epacta esset ix, hæc autem unitate major nimirum x, paschalis omnino non foret; reliquum fuit, ut epacta remotissimi termini esset xi, binario æquinoctialem superans. At ho-

die aliter institutum est. Nam epacta xxiii. in usu est, corrente cyclo III. Ob id remotissimus terminus erat epacta x. Epacta xxiii. non potest citimari facere Neomeniam, eo quòd vii. Martii convenit. Erit ergo remotissima Neomenia in vi. Apr. cujus decimaquarta in xix. incurret. Idè & Neomenia paschales hoc tempore ab viii. Martii ad vi. Apr. inclusivè proroganda; & termini paschales à xxi. Martii ad xix. Aprilis: Dominicæ denique paschales à xxiii. Martii ad xxvi. Aprilis. Ad hæc epacta xxiii. hodie est in usu; quando aureus numerus III. currit; qui à xxxi. Martii, quæ Nicæna sedes erat, ad xxvii. transit: à Kal. item Martii migravit ad xxv. Februarii. Unde quartadecima illius numeri est x. Martii: æquinoctium autem convenit diei xi. Igitur Neomenia paschalis aureo numero III. erit in Martio, die xxvii, cujus xiv. cadet in ix. Aprilis. Proinde sublatis x. diebus Neomenia paschalis à xxvii. Martii ad vi. Aprilis, Terminus à ix. ad xix. transitum faciet. His de causis remotissimum terminum ultra xviii. Apr. diem prorogandum Scaliger pronunciat.

Nos adversus inanissimum hoc commentum nihil esse causæ defendimus, cur Paschalem terminum remotissimum aliter hoc tempore constituamus, quam Nicænis temporibus existerit. Quod autem asserit; epactam xxiii. in usu per illud tempus minimè fuisse, neque verum est, neque quid diceret Scaliger intellexit. Epactas ante Gregorianum Kalend. ex sententia Dionysii, Bedæ, aliorumque Computi paschalis artificum ejusmodi fuisse jam admonuimus, ut de aureo numero corrente unitate detracta, ad id quod residuum est, denarius, aut vicenarius, aut nihil adjoeceret, prout vulgatâ methodus exigit. Itaque aureo numero xiv. corrente, epacta fuit xxiii. in xxx. Martii. Epactam enim Computistæ veteres esse docent atatem Luna in xi. Kal. Aprilis. Atqui cyclo corrente xiv, Luna Martii xxii. est vicecima tertia. Idè epacta aurei numeri xiv. erit xxiii. Nam epactas non plebeia illa vulgarique ratione, adjectis ad currentem aureum numerum decem aut viginti, formabant. quod si fieret, tum aureo numero xiiii. corrente, qui ad xi. Martii appofuit, epacta xxiii. usurparetur. Quare falsum est epactam xxiii. Nicæno sæculo in usu non fuisse. Quod si de lunaribus epactis, id est cycli lunaris, vel Latorum, loquamur, etiam illa usitata fuerunt, aureo numero corrente xvi: quo cum ad viii. Martii diem apponebantur. Proinde citrà judicium ullum, verique speciem, maxima verò cum incertia, & methodi Computistica ignorantia dixit Scaliger, Nicæno sæculo epactam xxiii. in usu non fuisse. In quo plurimum hallucinatus sic de Nicænis epactis loquitur, quasi forma illa Liliani Kalendarii, quæ pro numeris aureis perpetuas epactas, & ad omnes dies notatas adscivit, etiam tum cognita, & familiaris esset. Etenim hæc sola xxiii. epactam ad vii. Martii, & vi. Apr. ex dispositione Scaligeriana: ex Liliana verò, ad viii. Martii, & vi. Aprilis collocatam habet. Fingamus autem tate aliquod Kalendarii genus cum perpetuis epactis admiffum sæculo illo fuisse; non idè verum erit, epactam xxiii. usurpatam non esse. Nam aureo numero xvi. epacta xxiii. respondebat Nicæno tempore, & deinceps usque ad dccc. annum Christi ex Liliano epactarum æquationumque dispositu: ut ex cap. xi. Kalendarii Clavianii constat, in Tabula epactarum expansa, & altera æquationis. Ibi littera P, quæ primum epactarum versum obtinet, quæque ab anno cccxx. ad dccc. fingitur, cyclo xvi. epactam subjicit xxiii. Quocirca epacta xxiii. cum aureo numero xvi. ad viii. Martii notata diem Nicænis temporibus in usu fuisset, si Lilianam methodum & constructionem adhibuissent. Atenim Scaligerianum Kalendarium vii. diei Martii & Aprilis vi. epactam xxiii. affingit: septimo verò die Martii Novilunium tunc nullum incidit. Verum quid necesse est Scaligerianum illud Liliano ac Gregoriano præferre? Ostendat Scaliger Kalendarium suum aut illis usurpatum temporibus, aut usurpandum fuisse potius, quam nostrum. Nos enim, qui epactam xxx. Kal. Martii: viii. mensis ejusdem epactam xxiii. affingimus, hanc posteriorem Nicæno sæculo usitatam fuisse defendimus viii. Martii. Præterea si ex eo, quòd Nicæno sæculo Novilunium nullum vii. die Martii competeat, cui epactam xxiii. Scaliger assignat; idè epacta xxiii. in Martio pascha-

lis non fuit, cur non in Aprili saltem esse potuit? cur Nicani patres remotissimam Neomeniam in vi. Aprilis, ubi epactam illam Scaliger locat, non constituerunt? Quid illos ne istud facerent prohibuit? Sanè si epactam xxiii. ad Martii vii. apposuissent; cum ea Paschalis esse non posset, in Aprilis vi. Paschalem esse scivissent. Quod cum minime decreverint, imò intra vii. Martii, & v. Aprilis Neomenias Paschales consistere voluerint, apparet ex illorum instituto rectissime ordinatas esse Lilianas epactas, quæ vii. Martii xxiiii. epactam tribuunt, eandemque Paschalem; tum vi. Aprilis, ubi Paschalis esse definit. Quippe Paschalem mensis, hoc est tam eum, qui Paschales Neomenias, quam qui terminos complectitur, Nicani patres cavum esse iusserunt, dierum xxix, quot nimirum sive ab vii. Martii ad v. Aprilis inclusivè; sive à xxi. Martii ad xxiii. Apr. numerantur. In quo Alexandrinos imitati sunt, quorum Paschales Neomeniæ à xxi. Phenoth ad x. Pharmuthi: termini verò à xxv. Phenoth ad xxiii. Pharmuthi: quoniam lunationes omnes, quæ in Pharmuthi desinunt, utpote octavum mensis, parèmq; cavæ esse debent unde cum Paschalis ille mensis ex Neomeniis terminisque Paschalibus contextus in Pharmuthi desinat, cavus fuerit oportet. At Scaliger imperitissimè plenum esse voluit; neque, ut ejus verbis utar, reverentia veteris ritus Ecclesiæ illum ab hac temeritate deterruit, ut antiquorum terminos immutaret.

Fig. Can. Ad id porrò quod objicit, aureum Numerum III. à xxxi. Martii ad xxvi. *α* migrasse toto quadriduo; proindeque si dies decem auferantur, in vi. Aprilis pesum ire; & hanc ipsam Neomeniam esse Paschalem, non quæ in Februarii xxv. convenit, quæque decimam quartam habet in Martii x: ex quo diebus decem sublati, & Neomenia in vii. Martii; & Terminus in xx. incurrat. ad hæc, inquam, capite superiori jam occurrimus. Fatemur enim non quatuor solidos *α* dies esse servatos, sed tres solummodo; ac tardius uno die constitutas epactas, ut Novilunia morarentur; quo decimæ quartæ Paschales, ad quas respectus habendus est potius, quàm ad Neomenias; uno die media Plenilunia, non biduo prævenirent. Quapropter nulla causâ Scaligero fuit, cur immani piaculo sese obstringeret, & homo privatus contra Nicana prescripta, Ecclesiæque veteris, & hodiernæ consuetudinem novam illam, & ridiculam legem abrogaret, de termino Paschali in vi. Aprilis, Dominica verò in xxvi. diem producenda; ita ut Paschalis mensis plenus ex cavo fieret. Quæ cum vetustissimis Nicanorum Patrum sanctionibus, ac Dionysii, Bedæ, ceterorumque Computitarum regulis adferentur, nihil Gregoriana illa ratione melius excogitari potuit, quæ epactam xxiii, citissimam Neomeniam, eique respondentem epactam x, citimum terminum Martii xxi. constituit.

CAPUT XIII.

De duabus epactis xxiv, & xxv. in eundem diem certis in mensibus conjunctis, & quàm temerè id à Scaligero reprehendatur.

Hic de citimo Paschali termino quaestioni, controvertentiæ proximè succedit altera, quæ & illi connexa est, & affinis. Accusat Scaliger Lilianum epactarum dispositum, quod binæ in unum diem epactæ conjunctæ sunt, xxv, & xxiv; in quo desiderando ac traducendo totus est cum in elencho contra Clavium edito, tum in flag. Canon. Cui sic à Clavio satisfactum est, ut opera nostra, responsionèque nihil sit opus. Veruntamen quoniam ita cœpimus, paucissimis ejus rei causam absolvemus, & Scaligerianam caltigationem refellemus.

Cur epactæ duæ in unum diem collatæ sint causâ fuit, lunarium mensium civilium inæqualitas, qui alteris xxx, & xix. dies continent: duodeni mensis dies cœcliv. Si epactæ omnes *α* duodecim duodecies extendantur, dies consistunt cœcliv, desinentque in Decembris xxvi, sexque dies reliquos facient. Atqui cœcliv. dumtaxat auferre debent. Igitur alternis mensibus epactarum par unum diem occupabit. Cur autem ad

id ambæ illæ, xxv. & xxiv. deletæ sint à Clavio, & Gregorio Pontifice, nihil magis impulit, quàm Paschali mensium opportunitas, & imitatio quondam Nicani Calendarii, à quo quàm fieri posset minam discedere recentiore formam auctores illi voluerunt. Paschalem mensis supra diximus ex methodi conditorum institutione, cavum esse factum, idque Alexandrinorum imitatione, qui lunares syzygias ita in suo Calendario dispensarunt, ut quæ imparibus in mensibus desinerent, eas tricenarias, plenâque facerent; quæ in paribus finirentur, cavas constituerent. Cum igitur octavus mensis cavas lunationes exigat, qui Pharmuthi nominatur, idemque Paschales omnes menses terminet: ex eo fit, ut Paschales omnes menses cavi sint, non pleni. Quod præ ceteris accuratè Paulus Frosenonensis explicat lib. III, cap. de cyclo decemnovennali Paschali Alexandrinorum. Ibi enim duos Alexandrinorum cyclos distinguit: unum, quem epactalem vocat, in quo cyclos vii. embolizans non est, sed nonus, adeoque menses Paschalem proximè præcedentes tricenarii non sunt, neque embolimi: alterum decemnovennalem, & Paschalem, qui ex epactali conformatus est; in quo menses omnes embolimi proximè ante Paschalem conjuncti sunt, & tricenarii facti, aureorum Numerorum situ mutato initio Pharmuthi. Septem enim aureis Numeris uno die summotis, nempe III, vi, vii, xi, xiv, xvii, xix, eosdem embolizans, & tricenarios esse iusserunt, qui cavi hæctenus fuerant. At Paschales menses, qui embolizans sitos proximè consequuntur, cavi, ut erant antea, manserunt quorum Neomeniæ à xxi. die Phenoth ad x. Pharmuthi pertinent. Horum ille vii. Martii, ille v. Apr. respondet. Porrò cavæ lunationes certo aureorum Numerorum dispositu in Calendario constitutæ sunt. Ordinarius illorum contextus est, ut minoribus minores *α* subiciantur, id est vacua inter ambos cella relinquatur: majoribus vero minores *α* uterentur, unde post binos aureos Numeros ut plurimum vacuum intervallum ponitur. Ut autem alternis cavi lunares menses existerent, in paribus mensibus ordo ille interruptus est, & minori major proximè subjectus: ita ut quatuor, vel tres aurei Numeri sese, nullo interstitio relicto, consequantur. Hoc Alexandrini in mensibus paribus instituerunt. Dionysius Exiguus, qui ab horum Calendario aureos Numeros in Romanum transfudit, id in paribus etiam mensibus ordinavit. Nam in Februarii Numerus aureus xix. ad III. diem adscriptus proximè post xi. collocatur. Sic Aprili xvi. ad vi. diem proximè item aureo Numero vii. subtextitur. Idem & Junii IV, Augusti II. fit Tum xiii. Octobris III, & Decembris I. proximè post v. ponitur. Ita sunt lunationes alternis plenæ cavæque. Paschales igitur ut eam causam cavæ sunt omnes in Nicano Calendario: quod in aureis Numeris perfacile est. Nam cum novemdecim tantummodo sint, ita ordinari possunt, ut tractatis spatiiis cava lunationum omnium intervalla reddant. At in epactis, quæ sunt xxx, necessariò duæ conjungendæ sunt: quo fit ut aliquot lunationes Paschales plenæ sint. In Liliano Calendario, quod primum Scaliger arripuerat, epactæ xxx. & xxix. alternis mensibus compositæ sunt, veluti Januarii & Martii xxxi. die, ac deinceps in reliquis. Sed hoc in ea dispositione Nicænæ ordinationi minus congruit; quòd septem lunationes Paschales tricenariæ confurgunt, nimirum epactis currentibus\*, xxix, xxviii, xxvii, xxvi, xxv, & xxiv: propterea quòd post illas epactas nulla deinceps *α*, nec ullum epactarum collegium est. Idcirco binarum epactarum conjunctionem, ex Clavii recensione, in Aprilis v. die fieri consultius est visum; ut plenæ dumtaxat sint syzygiæ duæ, nempe cum epactæ 25, & xxiv. in usum sunt. Adde quòd isdem serè locis, in quæ epactæ illæ cadunt, aureorum numerorum series in Nicano Calendario mutari, & *α* fieri consueverat: ut hac ex parte Gregoriana forma minus à veterè, quàm Liliana discedat. Contra binarum epactarum xxiv, & xxv. *α* multa temerè, & inconsultè Scaliger effudit, quæ satis superque à Clavio refutatæ sunt. Nam nec ipse Scaliger, nec alius quilibet penarum cavarumque lunationum per epactas intervalla dispensare potest, nisi duas in eandem sedem inferat. quod in xxx. & xxix. fecit Scaliger. Unde quæ adversus collegium istud epactarum, & interruptionem ad satietatem & stomachum usque Lectoris

auris odiosè declamat, non minus in ipsum, quàm in Clavium conferuntur. Prætermittam hoc loco, quæ in Elencho contra epactas illas distulerunt. Satis enim hæc à Clavio discussa sunt. Ex his verò quæ flagogiciis in Canonibus adversus easdem attulit, pauca imperitè ab illo disputata brevissimè refellemus. Lib. III, pag. 180: ubi dispositionem epactarum ex Lili & Clavii sententia declarat; ridiculam & ineptam causam refert, ob quam epactas binas in eodem die statuendas ambo illi putaverint. Quia, inquit, signum \* tam in Kalendis quam in xxxi. Januarii statuitur, erunt in fine anni dies tantum x, quibus annus solaris lunarem superat, quum tamen sint xi: unde epactæ nascuntur, quod est absurdum. Huic incommodo mederi aliter non possumus, quàm binas epactas in unum diem inculcando. Hæc ratio neque Lilio, neque Clavio unquam venit in mentem. Non enim ob unum dumtaxat Januarii, aut ne x. tantummodo reliqui dies essent, collegium illud epactarum institutum est; sed ne quinque tantum superessent, si triginta omnes epactæ *α* adscriberentur. Quare frivola est ista ratiocinatio; contra quam perinde atque ad adversariis productam vanissimam contentione depugnat. Sed aliud ex illa dispositione profectum incommodum objicit pag. 81, videlicet quod à Kalendis Januarii ad vi. ejusdem, lunationes sint tricenariæ: à vi. deinceps lunationes sint cavæ: hoc est quinque lunationes in Januarii sint plenæ; quoribus epacta est \*, xxix, xxviii, xxvii, xxvi. In reliquis epactis omnes menses lunares sunt cavi. In Februario, & reliquis mensibus paribus contrarium evenit. Nam tres tantum sunt cavi, à Kalendis ad iv. diem: à iv. die deinceps omnes sunt pleni. Hæc objectio, criminatioque Gregorianæ methodi, haud vulgarem infirmitatem hujus doctrinæ in Scaligero demonstrat. Scilicet nescivit istud, quod apud Computistas tritum est, lunationem ejus mensis esse propriam, in quo terminatur: Item lunationes omnes, quæ in primum, & impares deinceps menses desinunt, plenæ esse; quæ autem in paribus finiuntur, cavas, paucis exceptis. Itaque lunationes omnes, quæ in Decembri cœptæ in Januario clauduntur, & Januario imputantur ipsi, & tricenariæ esse debent. quæ in Februario desinunt, ex sunt cavæ; paucis exceptis, quæ ante binarum epactarum *α* terminantur. Nihil autem Gregoriano Calendario vitio vertit, quod non in veteri Calendario, in quo aurei Numeri describentur, sine ulla cuiusquam reprehensione contigerit: imò verò quod non ipsimet Alexandrini, à quibus aureorum Numerorum, & Calendarii; methodique Paschalis disciplina manavit, suo in anno retinuerint. Horum Thoth à xxix. Augusti Juliani cœptus in xxvii. Septembris terminabatur. Paophi xxviii. Septembris iniens desinebat xxvii. Octobris. Atque ita deinceps tricenarii, & æquales omnes erant. Omnes ergo syzygiæ, quæ in Thoth clauduntur, plenæ fuerunt; quæ autem in Thoth inchoatæ, in Paophi desinebant, cæ cavæ fuerunt. Hos igitur Gregorianum Calendarium imitatur, quatuor, vel quinque syzygiis exceptis, quæ ante *α* epactarum desinunt. At in Scaligeriano Calendario posteriore, lunationes plenæ in Februario inchoatæ, & in Martio desinunt: cæ sunt, nimirum quæ à Kalendis Februarii ad xvii. diem ineunt. In Aprili verò quæ desinunt, omnes serè plenæ. quod Computitarum usui, ac decretis repugnat. Hoc enim ignoravit, syzygiæ ejus esse mensis, in quo finiuntur. quod si intellexisset, non tam sædè mensium, atque epactarum ordinem turbasset.

CAPUT XIV.

Quomodo Neomenia Nicænæ diversis sæculis cum Novilunio congruerit, & qua ratione cum isdem Lilianæ consentiant.

EPACTARUM officium est, ut abundè jam è superioribus constat, Neomenias lunares in Calendario designare; easdemque civiles, & ad usum captumque vulgi magis, quàm ad medios motus, & Astro-nomicos calculos diligenter exactas. Neque enim necesse est Neomenias isdem præcisè diebus adscribi, quibus secundum medios epilogismos Novilunium committuntur: cum multa interveniant in civili cyclo, quæ scrupulosam, & anxiam illam Tabularum *α* re-

puant. Præsertim verò in Christiano, Paschali cyclo de terminis ac decimis quartis Paschalibus laborandum magis esse diximus, quàm de Neomeniis. Quamquam ne istud quidem requiritur, uti mediis motibus adamussim congruant; quod civilis nulla Periodus prestare potest. Nam Nicæno sæculo quartæ decimæ Paschales biduo plerumque medias oppositiones antecederant, adeoque decimæ tertie coelestes erant: ut ex prioribus capitibus unum Libri hujus intellectum est. Hoc igitur Paschalis cycli conditores observare debent, ut quoad assequi possunt, quantumque popularis capus, & usus ipsius commoditas patitur, ad medios Lunæ cursus cum Neomeniis civiles; tum Paschales præcipuè terminos dirigant: sic ut quàm minimum ab illis abhorreant. (Ut enim interdum non dissentiant, nulla, uti dixi, civili methodo ac Periodo consequemur.) Iltas porrò Numerorum argutias, & minutam computandi subtilitatem Judæis, ac Scaligeris relinquunt. Quoniam itaque lunares motus ad civilem aliquam Periodum conformatos methodus nostra constituitur; ad eosdem, Noviluniorum ac terminorum indices, sive aurei Numeri, sive epactæ, proximè debent accedere, & ne nimium ab illis discrepent, castigatione aliqua providendum. Jam verò lunaris mensis epocha vel ab ipso jugo, atque Synodo, hoc est coitu lunarium ducitur: vel à *α*, ac secundo die: vel à corniculata illius effigie, dièque tertio. Postremum hoc initium maxime Arabes adscriverunt: primum autem Judæi in vulgari, recentiorique computo; secundum, olim stante templo Judæos eosdem observasse Libro II. docuimus. Ex his diversis initiis accidit, ut decima quinta Luna civilis aliàs in Plenilunium ipsum medium incurrat, aliàs uno die saltem anteverrat; aliàs uno item die, vel altero etiam subsequatur. Sed nec illud omittendum est; cum syzygia lunaris media diebus consistat xxix, horis 12, 44', dimidiata verò diebus xiv, horis xviii, 22; si Noviluniorum calculus ab ipso dierum civilium initio procederet, Plenilunium medium decimum quintum mensis lunaris diem occupaturum fuisset: sed eundem tamen inclinantem, ac plus dimidia jam parte confectum. octodecim enim horæ, hoc est integræ dièi dodrans imputatur. Verum epilogismorum inæqualitas, quæ raro ab ipso dièi civilis exordio Neomeniarum initia colligit; sæpius autem post horas complures repræsentat; efficit ut Plenilunium medium in xvi. lunaris syzygiæ diem interdum incidat. Exempli causâ, anno mdcxii, cyclo Lunæ xvi, Novilunium Judaicum incidit in Martii xiiii, feria 9, 17, 81, sive 6, 17, 4, 30. addita dimidia lunatione, oppositio media cadet in Martii xxviii, 11, 27. Proinde xvi. Nisan contingit. Sic anno sequente, Christi mdcxiii, cyclo xvii, Neomenia Judaica Aprilis I, feria 5, 14, 67, sive 5, 14, 37. ferè. Addita dimidia lunatione, media oppositio Aprilis xvi, hora 9. ab initio noctis. Quod quidem Albertus Pighius in eo libro, quem de ratione Paschalis celebratione, dièque Calendarii restitutione ad Leonem X scribit, his verbis affirmat. Cum enim dixisset, Moyses ita Judæis præscripsisse, ut xiv. diem mensis observarent, uti tamen de media lunarium observatione nihil definitum sit, mox ista subjicit. *Constat enim mediam oppositionem lunarium nunquam quartadecima Luna accidere veram, aut admodum rarenter. Imò frequentius decima sexta Luna, quàm decima quarta. Quæ causâ est, cur Nicæno tempore, cum Neomeniæ Ecclesiasticæ ab jugo ipso, & coitu medio serè lunarium inirent, Plenilunia in xvi. diem lunaris mensis plerumque caderent; adeoque terminus Paschalis in Lunam xiiii. Verbi gratiâ, anno Christi cccxxiii, Neomenia Paschalis accidit Martii xiiii, cyclo I, Plenilunium medium Aprilis vii, horis à media nocte serè duodecim; decimo sexto scilicet diè à Neomenia. Sic anno sequenti, Neomenia Martii xii; Plenilunium Martii xxvi, hora à meridie 8, 23, hoc est Martii xxvii, decimo sexto diè contigit: atque ita deinceps, paucis exceptis; ut ex Tabula patet, quita cap. I. descripsimus.*

Ac quod ad Neomenias attinet, quoniam ex Nicæno sæculo coelestibus Noviluniis aptissime respondebant, post aliquot verò centurias annorum morari cœperant, inde accidit, ut in Neomenias à Nicæno Concilio in Calendario desitas non amplius coitus lunarium incidere, sed primum *α*, inde corniculatæ;

Varia initia mensium lunarium.





nempe Aprilis x. celebrandum. Neutrū autem horum in Ecclesia usurpatum est aliquando. \* Proinde, quod sæpe dicere soleo, Theophilum ac Cyrillum valde miror hac regula Ecclesiam obstringere voluisse; quam ne ipsi quidem servarunt, qui Nicænum Pascha non modo tenere perpetuò, sed & aliis ex officio tradiderunt. Notum est Alexandrinis præfules id à Nicænis patribus officio commissum, uti paschatis tempus ac diem quotannis in annum sequentem denunciarent. Cujus ritus luculentissima monumenta præbent Epistola Theophili ac Cyrilli: sed hujus potissimum Heortastice xxix; quibus in totidem annos celebrandi paschatis tempus indixit. Harum prima evidenter hoc ipsum, quod contra Alexandrinis istos præfules contendimus, ostendit, ne ipsos quidem id obtinuisse, ut plenilunium suum incunte nocte, in quam xiv. definit, committeretur. Annus ille fuit Christi cccxiv, quo quadragesimam auspiciandam monet à xv. Mechir mensis; hebdomadam verò paschatis à xx. Phamenoth: tum jejunia solvenda xxv. Phamenoth: Pascha denique xxvi. ejusdem mensis ritè celebrandum. Neomenia Mechir Actiæci, & Alexandrini cadit in xxvi. Januarii. Ergo xv. convenit ix. Februarii: Neomenia Phamenoth in xxv. Feb. vicefima cadit in xvi. Martii, à qua paschatis hebdomada initium capit: porro xxvi. Phamenoth est Martii xxi: fuit igitur annus ille Christi cccxiv, cyclo Lunæ xvi, Solis III, Lit. D. Aureus numerus xvi. ad viii. Martii appositus est: Terminus xxi. Martii, qui & citimus est. Novilunium medium ex abaco nostro contigit Martii vii, feria 7, hor. 16, 17, post mediam noctem, Alexandria: plenilunium Martii xxi, feria 1, 10, 29, post mediam noctem diei xxi. Atqui secundum Theophilum, ac Cyrilli decreta non xv. Luna illa fuit, sed xiv. Idem & in aliis annis periclitari potes: ex eoque cum Nicænam methodum accuratius cognoscere, tum legem illam Alexandrinorum, ac Bedæ *νεγεβίμων* arguere.

Quocirca cum, ut jam liquidò constat, Nicæni termini medias oppositiones, adeoque veras biduo sæpius anteirent; & Pascha nonnunquam xiv. Luna media, & Astronomica perageretur, operæpretium fuit in nova Paschalis anni castigazione istud ipsum emendari, vel perfici. Quod à Lilio, & Gregorio XIII. feliciter ea methodo factum est, ut Neomenia Ecclesiastica paululum infra cœlestium Noviluniorum epochas descenderet. Ita quippe summotis Neomeniis, termini ritè ac legitime uno tantum die plenilunia media præcesserunt. quorum quidem terminorum, ac pleniluniorum diligentior ineunda ratio, quam Neomeniarum: præsertim cum istæ *ἡμέρῃ τῆς φάστος* sine ullo vitio inchoari possint; idque apud plerasque nationes usu perberuerit: decima verò quarta Luna propriè non sit, ac dicatur ea, quæ reipsa decima tertia sit.

CAPUT XVI.

Refellitur prior Scalgeri sententia, necnon Calvisii, & aliorum, qui Terminos Paschales in Plenilunio statuunt: explicaturque ratio cur à veteribus Computistis ita vocati sint.

EX co, quòd lunares Neomeniæ istdem præcisè diebus affiguntur, quibus Novilunia media, vel vere committuntur, consequens hoc esse, ut in xvi. plerumque diem Oppositiones itidem mediæ, seu veræ prorogentur; cum Tabularum fides adstruit; tum è superioribus satis superque compertum arbitror. Itaque Nicæno fere sæculo decima quinta cyclicæ nonnisi decima quarta cœlestes, & Astronomice fuerunt. Verum labentibus annis, Lunâ paulatim in anteriora promotente, contigit, ut decime quinta civiles exactè cœlestibus pleniluniis responderent, ac Termini Paschales castigatissimi fierent; sed Neomeniæ uno die conjun-

tionum mediæ, aut verarum epochas memorarentur, atque in *φάστος* prolaberentur, quod Dionysii Exigui tempore factum esse, hæcenus ostendimus. Ideò merito Liliانا methodus epocham, sive, ut cum vulgo loquamur, radicem persequationum non ab Nicæno sæculo, sed ab Dionysiano repetit, ut plenilunius, ac termini Paschales præcipue consuleretur. Postea longius progressa Luna *νεγεβίμων*, mediæ oppositiones in terminos ipsos incidunt, uti Bedæ sæculo accidit: quo tempore illa apud Computistas invaluit opinio, Paschales decimas quartas eas esse, in quas Plenilunia, sive Oppositiones incurrerent. quam hodiè que magna pars Hæreticorum, vel eorum, qui Gregorianam castigationem improbant, velut publico veteris Ecclesie decreto sancitam urgere contra nos solet. Quamvis autem diu ante Bedam, ac sæculum illud, quo lunaris anticipatio plenilunium in terminos Paschales importavit, de Neomeniis, ac terminis istud ipsum ab Alexandrinis præfules præscriptum fuerit, reipsa tamen minime id observatum fuisse, & ab ea, quam cavebant, regula illos ipsos discessisse, superioribus capitibus plenius convicimus. Circa Bedæ tempus regula istius usus *ἡμεβίμων*, non regula ipsa apud Christianos obtinuit.

Nunc illa nobis expendenda nonnullorum opinio, qui Paschales terminos censent in medias, aut veras oppositiones oportere conferri; negantque plenilunium ritè Pascha celebrari: de qua re primùm ejus, contra quem institutus præcipue sermo est, Scalgeri consideranda sententia; sive potius sententiarum ac decretorum inconstantia. Hic igitur in Elencho Liliani Calendarii tamquam postulatum, & *ἀξίωμα* sumit, quartadecimam Paschalem esse Plenilunium; neque plenilunium Pascha posse peragi. Verba sunt illius. *Si enim terminus Paschalis est xiv. Luna, ea autem non est plenilunium: accidat exempli gratià quartadecima Luna in Sabbato; Dominica sequente igitur, secundum canonem Pascha Christianum celebrabitur. Sed est plenilunium. Ergo Pascha celebrabitur in plenilunio contra canonem, si quidem xiv. non est plenilunium. Nam tunc necesse quinquam decimam esse plenilunium. Ergo quartadecima Christianorum est plenilunium. Et propterea xiv. dies notata ab epacta in antiquo Calendario Ecclesiastico est plenilunium paschale. Quod in sequentibus inculcat sæpius. Proinde duo sunt quæ iis in verbis sumuntur à Scalgero: alterum Dominica proximè terminum consequente ritè Pascha celebrari; alterum plenilunio non ritè celebrari. Hanc Scalgeri doctrinam alii quidam ante, vel post illum amplexi sunt: omnium autem acerrimè Sethus Calvisius, qui in Elencho Calendarii Gregoriani veterem Ecclesiam nunquam Pascha celebratè dicit ea Dominica, quæ decimam quartam proximè sequeretur; sed id potius in lunam xxi. fuisse translatum. ejus imperitiam fregit confutatione sua Guldinus nosster lib. III. cap. vi. Quod ad Scalgerum spectat, videtur is Clavii castigazione non nihil profecisse. Nam cum in Elencho palam, ac sine ulla tergiversatione statisset, Pascha ritè in plenilunio celebrari non posse: in Ifagogicis canonibus mutavit sententiam, & lunam xv. illam esse definiit, quæ in plenilunium caderet, quæque proxima esset à decima quarta. Lib. III. Ifag. can. cap. III. pag. 181 & 182. Lilianum Kalendarium arguit, quòd in Terminorum dispositione tres dumtaxat dies de antiquis terminis expuncti sunt; hoc est cum Luna quatuor solidis diebus anticipaverit, sic ordinatos fuisse terminos queritur, quasi triduo solum antevertisset; quod supra declaravimus. Unde error, inquit, vel potius supor obortus est, ut non solum terminus in plenilunium incurvat; sed etiam quoties terminus incidit in Dominicam, Pascha vigesima secunda Luna celebratur: quam tamen ultra xxi. Lunam extendi ex veteri Ecclesia instituta non liceat. Erroris istius exemplum affert in anno mdcv, cyclo x. Antiquus terminus erat xxvii. Martii: sed ob Lunæ *νεγεβίμων* ad xxiii. pervenerat. Ergo terminus Paschalis illo anno fuit in xxiii. Martii, feria vii, cyclo Solis xviii, littera F: & proinde solemne Resurrectionis xxiv. Aprilis in*

\* *Isidorus* Libro 1. de Ecclesiast. Officiis, cap. 26. de die Epiphaniæ: Epistola quodam Pontificis Alexandrini ad universas Ecclesias Egypti, vel monasteria dirigitur, quibus & initium Quadragesimæ & dies Pasche denunciantur, ex Cassiano Collat. x. cap. xi. Arelat. t. can. 1. Pontifici negotiorum hoc mandat, ut de Paschatis celebratione, juxta consuetudinem, litteras ad omnes dirigat. *Victorius* in Protologo scribit Theophilum sanxisse Pascha celebrari à Luna xv.

si Dominica proxima esset, à xiv. five termino. *Cefaragust.* III. can. 2. decernit ut Episcopi Primatem suum inquirant quo tempore Pascha celebrandum sit anno Christi 701. *Isidorus* de Ecclesiast. Officiis Lib. I. c. 31. Uique ad viciesimam verò & primam, ideo observatur propter numerum septenarium. At paulò superius à quindecimo in viciesimum primum, incidente die Dominico Pascha celebrari docet. *Petavius.*

in plenilunio peragi oportuit. Verum detractis diebus decem, terminus in II. Apr. Pascha in III. removeri debuit. At in editione Liliana, epacta x, quæ aureo numero x convenit, statuta est in xxi. Martii: terminus in III. Aprilis Dominicæ, & plenilunio. Ideò Pascha in x. Aprilis distulsum, Luna xxii; aut, nisi dies ablati forent, epacta x. in xxi. Martii, terminus in xxiv. Pascha in xxxi. conflisset, quæ est Luna xxii. Proinde ex Scalgeriana palinodia, Pascha ritè plenilunio celebratur: quod contra Canonem esse in Elencho pugnantissimè defenderat; quòdque finius ejus Calvisius adstruebat. Idem Scalger lib. I. Ifag. Canon. cap. II. Definit. xiii. *Terminus Paschalis*, inquit, est quartadecima Luna mensis Paschalis Christiani sæculo Constantini Magni: & cap. III, definitio xv: *Terminus Paschalis est quartadecima Luna vernalis.* Atqui Dominicæ proximè post Paschalem terminum sequente Pascha celebrari potest; ut cap. II, Canone vii. præscribit. Igitur plenilunio, sive xv. Luna id fieri licet. Vide & Lib. III. cap. II, ad Definit. xii, pag. 176. Ubi Nicænum terminum Paschalem decimam quartam Lunam fuisse constitetur, & propter unius diei *νεγεβίμων*, plenilunium in eandem esse compulsus: cujus hac in parte stropham atque *νεβίμων* sequenti capite detegemus.

Superior illa Scalgeri, Calvisii, & aliorum sententia, de Paschate nonnunquam in plenilunio celebrando, antiquissimos, & sanctissimos habet auctores, Theophilum, Cyrillum, Dionysium, ac Bedam, quorum primi duo aliud verbum professi; aliud re ipsa fecerunt, ut capite superiori validissimè probatum est. posteriores id quòd *ἡμεβίμων* propter lunarem *νεγεβίμων* atate sua contigerat, ad Ecclesiasticam, & Nicænam functionem per imprudentiam traxerunt. Posteaquam verò Kalendarium Nicæni labes penitus innotuit, & ad illius emen-

dationem operas suas Mathematici contulerunt, non pauci illum ipsum Theophili Canonem obrudere conati sunt, ut nonnisi post omnium plenilunium Pascha celebraretur; non in ipso plenilunio. cujus opinionis Joannem Stoefflerum, Pitatum, & alios fuisse supra nominimus, quam & alienam ab Nicænorum Patrum decreto & usu Ecclesie veteris esse manifestè probavimus. Sanè decimam quartam Paschalem *πεντάκαισα* à Græcis appellari non-rarò meminimus: sed ii fermè recentiores sunt, eoque sæculo nati, quo jam Luna tanta *νεγεβίμων* erat, ut in quartas decimas Paschales plenilunia convenirent: quod illi perpetuum & anterioribus fuisse temporibus, & posterioribus futurum arbitrati sunt. Ex Latinis verò, qui paschales terminos, sive quartas decimas plenilunia vocaret, *Victorio* antiquiore habemus neminem, qui circa annum Christi cccet. Paschalem cyclum condidit. Hujus verba ex Prologo descripti Scalger lib. II. pag. 151, nosque libro itidem II. hujus Operis expendimus. Ex illis concludit Scalger, quartam decimam vocari plenilunium, quia Neomenia Christianorum Paschales sunt *ἡμέρῃ τῆς φάστος*. Quod non solum falsum est, sed ex ipsis etiam *Victorii* verbis certò colligi non potest. Neomenias Christianorum Paschales veteres, ac Nicæno sæculo congruentes, non *ἡμέρῃ τῆς φάστος*, sed à jugo ipso processisse, ex Tabulis lunariis supra demonstratum est. *Victorii* porro tempore, tametì ob lunarem *νεγεβίμων*, Neomeniæ nonnunquam novilunium media moratæ sunt; plures tamen cum iis accuratè convenerunt, quatenus lunaris calculus ultra meridiem, à qua feria sequens astronomice incipit, in plerisque decurrit: plenilunium verò secundum eandem astronomiam putationem frequentius in terminis incurrunt: quod *ἡμεβίμων* obrepsit. Hujus rei si dem Tabula sequens exsolvet.

LATERCULUM CYCLI DECEMNOVENNALIS

Novilunia media, & Plenilunia continens, quæ circa *Victorii* tempus acciderunt. Feriæ & horæ à media nocte ad mediam noctem explicantur, ad meridianum Prutenicum directæ.

Cyclos Lunæ	Anni Christi.	Littera Dom.	Novil. med. ex Pruten. & noctis Tabul.	Feriæ. Horæ. Scrup.	Neomenia Nicæna.	Plenilunia media.	Feriæ. Horæ. Scrup.	Termini, sive decime quinta Nicæna.
I	456	A G	Mar. 22	5. 13. 0	Mar. 23	Apr. 6	6. 7. 22	Apr. 6
II	457	F	Mar. 11	2. 21. 48	Mar. 12	Mar. 26	3. 16. 10	Mar. 26
E III	458	E	Mar. 30	1. 19. 21	Mar. 31	Apr. 14	2. 13. 43	Apr. 14
IV	459	D	Mar. 20	6. 4. 10	Mar. 20	Apr. 3	6. 22. 32	Apr. 3
V	460	C B	Mar. 8	3. 12. 58	Mar. 9	Mar. 23	4. 7. 20	Mar. 23
E VI	461	A	Mar. 27	2. 10. 31	Mar. 28	Apr. 11	3. 4. 53	Apr. 11
VII	462	G	Mar. 16	6. 19. 20	Mar. 17	Mar. 31	7. 13. 42	Mar. 31
E VIII	463	F	Apr. 4	5. 16. 52	Apr. 5	Apr. 19	6. 11. 14	Apr. 19
IX	464	E D	Mar. 24	3. 1. 41	Mar. 25	Apr. 7	3. 20. 3	Apr. 8
X	465	C	Mar. 13	7. 10. 30	Mar. 14	Mar. 28	1. 4. 52	Mar. 28
E XI	466	B	Apr. 1	6. 8. 2	Apr. 2	Apr. 16	7. 2. 24	Apr. 16
XII	467	A	Mar. 21	3. 16. 51	Mar. 22	Apr. 5	4. 11. 13	Apr. 5
XIII	468	G F	Mar. 10	1. 1. 30	Mar. 11	Mar. 24	1. 19. 52	Mar. 25
E XIV	469	E	Mar. 28	6. 23. 2	Mar. 30	Apr. 12	7. 17. 24	Apr. 13
XV	470	D	Mar. 18	4. 7. 51	Mar. 19	Apr. 2	5. 2. 13	Apr. 2
XVI	471	C	Mar. 7	1. 16. 39	Mar. 8	Mar. 22	2. 11. 2	Mar. 22
E XVII	472	B A	Mar. 25	7. 14. 12	Mar. 27	Apr. 9	1. 8. 34	Apr. 10
XVIII	473	G	Mar. 14	4. 23. 1	Mar. 16	Mar. 29	5. 17. 23	Mar. 30
E XIX	474	F	Apr. 2	3. 20. 33	Apr. 4	Apr. 17	4. 14. 56	Apr. 18

\* *Gennadius* de Ecclesiast. Dogmat. cap. penultimo: Pascha, inquit, id est, Dominica resurrectionis solemnitas, ante transgressum vernali æquinoctio, & quarta decima Luna perfectionem non potest celebrari.

ri in eodem mense nata. Porro hic idem liber *Isidoro* tribuitur, & legitur sic: *ἡμεβίμων* sexta decima. *Petavius.*